

Karintie. F.<sup>a</sup>) Iantgravius Turingie. Comes Henricus de Ortemburch. Comes H[leinricus] de Nasowe. Comites de Spanaym. Comes de Hostaden<sup>b</sup>). Comes de Dyeze<sup>c</sup>). Gonzelinus. Wernerus de Bollandia. Marquardus<sup>d</sup>) de Roffingen<sup>e</sup>). Ricardus camerarius et alii quam plures.

5 Signum domini Friderici secundi dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris  
semper augusti, Ierusalem et Sycilie regis. (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo,  
mense februarii, quinte indictionis, imperante domino nostro Friderico dei gratia in-  
victissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sycilie rege, anno imperii  
10 eius XII, regni Ierusalem septimo, regni vero Sycilie XXXIII; feliciter amen; datum in  
civitate Ravenne anno, mense et indictione prescriptis.

## 460.

*Papst Gregor IX. bestätigt dem Kloster Reinhardsbrunn die älteren, vom verstorbenen Landgrafen  
Ludwig, dem Gründer des Klosters, diesem zugestandenen Befreiungen und erneuert die Privilegien  
15 des Klosters.* Rieti, 1232 März 27.

*Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q. I. g. 50. Die Bulle, an gelben und rothen Seidenfäden, ver-  
loren. Pothast 8907. Phot. H. St. A.*

:Gregorius: episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati et conventui  
monasterii de Reinhersburn | ordinis sancti Benedicti diocesis Maguntine salutem et  
20 apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, | tam  
vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum  
perducatur effectum. | Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis precibus inclinati  
personas vestras locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que  
impresentiarum rationabiliter possidet aut [in fut]urum<sup>a</sup>) iustis modis prestante domino poterit  
25 adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem libertates et  
immunitates a Romanis pontificibus predecessoribus nostris et exemptiones secularium  
exactionum a clare memorie Ludowico fundatore monasterii vestri eidem monasterio, ut  
asseritis, pia liberalitate concessas nec non antiquas et rationabiles consuetudines in ipso  
hactenus pacifice observatas, possessiones, terras, redditus ac alia bona vestra, sicut ea  
30 omnia iuste ac pacifice optinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica  
confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus districte inhibentes, ne quis vos  
et predictum monasterium talliis et exactionibus indebitis aggravare presumat. Ne quis  
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis, confirmationis et inhibitionis  
infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit,  
35 indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit  
incursurum. Datum Reate vi. kal. aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

(BD.)

459. a) So irrig AB. b) Ostaden A. c) AB = Dyege. d) Marqualdus AB. e) Boff. B.  
460. a) Unlesbar.